


CHRISTIAN ERNST GRAF ZU STOUBENBERG



1. In zekere  
Geloofs weg.  
1737

2. tuta fides  
Vita, 1733




CHRISTIAN ERNST GRAF ZU STOLBERG



1. In Zerkere  
Gebohr. Weg.  
1737  
2. In Ta. J. d. d.  
Vida, 1733.





SANCTA  
 ATQUE  
 TUTA  
 FIDEI  
 VIA,  
 QUA EVANGELII  
 LUCE COLLUSTRATUS  
 INCEDIT.

---

Anno 1733.



Joh. Cap XVII. v. 30

Hæc est vita æter-  
na, quod te so-  
lum verum DE-  
um & , quem  
misisti, Jesum  
Christum cogno-  
scant,



**H**Æc est via fi-  
dei, qua vi-  
vo, hæc, in  
quam, est veritas,  
quam ex sacris litte-  
ris percepi mente  
Spiritus sancti te-  
stimonio confir-  
mata: hi sunt  
a 2 can.



cancelli , intra  
 quos curro , ut o-  
 mnibus ita evitatis  
 deviis præmiū vi-  
 tæ adprehendam.  
 Ego quidem miser-  
 rimum me agno-  
 sco hominem , qui &  
 connata labe atque  
 hinc pravus enatis  
 fructibus justissi-  
 mam Numinis  
 iram

a iram, mortem item  
 - temporariam atque  
 S cruciatus num-  
 - quam finiendos  
 . promerui: at vero  
 - ipse Dei filius Chri-  
 - stus Jesus pro me  
 & traditus patrem su-  
 e um suo quidem in-  
 s terueniente fan-  
 - guine propitium  
 s mihi reddidit, ita,  
 n <sup>supra</sup> a 3 ut,

ut, peccatis meis oblivione deletis, ideo iustum me pronunciet, quia fiduciam in nomine unigeniti ipsius filii constituo. Hac fide vere justus sum declaratus, mente sic mea a Spiritu sancto occupata. Inde aurea mihi pax cum Deo orta fuit, patrem hunc meum agnosco, atque eius ita gratia quoque  
fre-

fretus certissimo certi-  
 us scio, me mortem nec  
 visurum nec gustatu-  
 rum esse ; sed me, vi-  
 tam potius æternam  
 consequutum, ex mor-  
 te ad vitam eluctatum  
 fuisse. Posteaquam ita  
 Deus suo me gratuito  
 favore complexus est  
 interventu fidei in fili-  
 um eius Jesum ; hoc æ-  
 que ac alio tempore  
 justus sum pronuncia-  
 tus,

tus, continuo divina  
 gratia Spiritusq; sancti  
 testimonio, quod, me  
 Dei filium esse, decla-  
 rat, munitus. Ego qui-  
 dem ab omni naxo me  
 immunem esse, nequa-  
 quam glorior, quin po-  
 tius compertum habeo  
 eorum iniri numerum  
 haud posse, quæ secus  
 facta quovis mihi die  
 ob oculos Deus ponit,  
 certamq; mente teneo  
 sen-

sententiam, ea, quorum non memini, longe adhuc numero plurima fore. At vero quoniam ego cum Christo Jesu atque is vicissim mecum conjunctus est, quæ minus bene egi, haud mihi imputantur, Deus ea potius tolerat, non secus atq; pater dilectis suis liberis indulgere solitus. Gratuito autem hocce  
 a s ipsi-



ipsius favore nequa-  
 quam ad peccandi li-  
 bertatē adducor, quin  
 contra omni die  
 concitor ad mentis  
 meæ spiritum magis  
 magisq; instaurandum  
 DEus namque, bona  
 quævis in nobis effici-  
 ens, timorem, qui filii  
 est, animo meo confert,  
 temperatum horrore,  
 ex sanctissimæ summi  
 DEi majestatis confi-  
 dera-

-itqi



deratione orto, quæ,  
quomin, gratia divina  
ego abutar, impediunt.  
Præterea me ceu pal-  
mitem purgat, ut ita  
plures semper fructus  
ferre queam. Vere  
mundus sum, verbo  
quidem illo interveni-  
ente, quod Christus JE-  
sus eloquutus fuit,  
quodque fide ego ad-  
prehendi. Hoc non est  
mentis imago aut te-  
mere

meb



mere facta mihi ad-  
 commodatio. Christus  
 vere dilexit me ac mea  
 peccata suo quidem  
 sanguine sustulit. Feli-  
 citas atque salus mea  
 vere nituntur peccato-  
 rum meorum venia.

DEi munere contigit,  
 ut summam, cui natura  
 omnes sumus immerfi,  
 corruptionem persen-  
 tiscerem, agnita dein  
 quoq; adhuc, quam iti-  
 dem



dem natura omnes circumferimus, impotentia. Tum DEus, fidem in me operatus, intensissimum, quo immerentem me quidem ac miserum complectebatur, amorem mihi manifestavit. Quæ ea ratione comperi, longe certiora mihi sunt iis, quæ in corporis incurunt oculos, quæ item corporeis percipiuntur  
au-

auribus, ac quæ tandem corporis mei palpantur manus. Ea, quæ sunt naturæ, ab iis, quæ sunt gratiæ effecta, lucem item a tenebris atq; mentis vanas imagines ab eo, quod verum est, discernere ipso DEO magistro edoctus sum. Deus porro non solum ita fidelis est, ut peccatorum nobis concedat veniam, sed adeo justus

stus quoq; est, ut ab omni iniquitate nos emundet. Quapropter ea etiam, quæ perperam ac inique egi, illi confiteor, precatus, ut magis magisque ab istis me velit abluere. Id quod ex animi etiam voto mihi obtingit, peccatorum insultibus obluenti cumq; iisdem pugnanti non meis equidem viribus sed

sed potius Spiritus sanctus  
 Etiam adiutus virtute, qui  
 videlicet in me habitat  
 & operatur. Fide in JE-  
 sum cuncta exorior, fi-  
 de agere ea pergo, fide  
 tandem ista quoque fi-  
 nio. Dum meo ipsius  
 nisu operari plane de-  
 finam, agnoscens, me  
 non nisi, quod malum  
 est, perpetrare nec ideo  
 propius meo labore ad  
 DEum hujusq; lumen  
 pos-

posse accedere ; contra  
 vero dum sola DEi gra-  
 tia innixus, oculis qua-  
 si intentis agnum il-  
 lum sanctissimum, cui  
 mea imposita sunt pec-  
 cata, contuear hujusq;  
 tinctus sanguine patri  
 accedam ; novæ mihi  
 vires conferuntur, ita,  
 ut fidem tamquam cœ-  
 leste aliquod lumen ac  
 ignem mente mea per-  
 cipiam Christi q; melli-  
 tissi-

b



tissimum amorem ego  
degustem, quo effici-  
tur, ut homo interior  
frugiferæ arboris in-  
star flosculos, amœnissi-  
mum suavissimumque  
odorem exspirantes,  
protrudat, qui in fru-  
ctus abeunt Deo pari-  
ter atq; hominibus lon-  
ge gratissimos. Via, qua  
justum DEUS me pro-  
nunciavit, neatiquam  
ab ista diversa est, quæ  
ad

ad peccatorum exuen-  
 das reliquias me addu-  
 cit; sed unica saltem est  
 via nimirum Christus,  
 qui est via, veritas atq;  
 vita. Quemadmodum  
 non nisi solo Christo  
 confisus, male facto-  
 rum expeto remissio-  
 nem; sic ipso quoq; so-  
 lo huiusq; solius gra-  
 tia atque virtute inni-  
 xus, fidei amoris item  
 atque spei incrementa  
 b. 2. ego



ego capio longe latissi-  
 ma. Quin, non nisi id  
 mihi, saltim incumbit,  
 ut in gratia ac nova  
 mente, quam filius Dei  
 dono mihi dedit. (ut  
 videlicet veracem & co-  
 gnoscam & in eodem  
 sim maneamque) per-  
 sistam nec ab eadem  
 discedam; ea namq; ra-  
 tione quæ DEUS in me  
 exorsus fuit, rite ac ex  
 animi sententia perficiun-



ciuntur. Enim vero  
mea ope haud indiget  
Deus ad sui operis con-  
summationem Quod si  
spiritui sancto operan-  
ti haut renitens, æque  
ac infans in matris ute-  
ro parari me saltem pa-  
tiam ; ea omnia in me  
ipse efficit, quæ accepta  
gratave ipsi sunt. Ta-  
men nequaquam his  
veniam mihi concedit,  
veræ tranquillitatis no-  
mine

mine in foediffimum  
 torporis ac pigritiae vi-  
 tium incaute prola-  
 bendi quarendive qui-  
 etem ac pacem in iis,  
 quae naturae viribus  
 sunt admissa. Hac nam-  
 q; eadem ratione praeter  
 opinionem omnem  
 operans ipsius gratia  
 excuteretur. Spiritus  
 eius vivificus omni  
 tempore operari cupit.  
 Hujus qui non perpe-  
 tuo



quo admittit flumina, se-  
p̄sius operationem,  
haud impedire, ne au-  
deat adserere. Nihilo  
tamen fecius ullum  
quemquam operatio-  
nibus suis defatigat.  
Etenim suavi amœnaq;  
ratione animũ mover.  
Huj⁹ divina virtute qui  
innocentissimo agni  
sanguine intervenien-  
te justum sese agnoscit,  
idei amorisq;, ut ajunt,

b 4

alis

alis sursum ferri facili-  
 mo negotio poterit.  
 Qui mente sunt demis-  
 sa, iis bene cupit domi-  
 nus Omnis namq; Spi-  
 ritus. sancti gratia ani-  
 morum submissorum  
 in vallem demanat. At  
 vera mentis submissio  
 non nisi ex justificatio-  
 ne, quæ gratis contingit,  
 oritur. Quamdiu enim  
 homo nihil in se quidem  
 quidquã agnoscit; simul  
 au.

autem quævis in Chri-  
 sto reperit; animus illi-  
 us cœlesti fruens pace,  
 exsilit, a DEO refocilla-  
 tus firmatusq;. Simulac  
 vero mens elata non u-  
 nice ex peccatorum re-  
 missione suam salutem  
 petat obtineatque, in  
 viam deflectit, quæ so-  
 licitudinum atque mo-  
 lestiarum plena est. At-  
 tamen & horas suas  
 DEUS constituit, qui-  
 bus

bus tentare suos eosq;  
 ad submissionem eru-  
 dire solet. Atque ut ho-  
 mini, quæ corruptio  
 ejus in animo adhuc  
 abscondita sit, magis  
 magisque innotescat,  
 tentationes subeat, o-  
 portet, etiam si de recto  
 tramite non decesserit.  
 Quam facile vero ab  
 angusta hacce via de-  
 flectimus! quam facile  
 imprudentes mente  
 quid

quid concipimus, quo  
 præter expectationem  
 filiali, ut loquuntur,  
 simplicitate excidere  
 possumus, fortean opi-  
 nati, ad meliora rectio-  
 raq; nos magis magis-  
 que adspiraturos esse,  
 quum interea tamen  
 sensim sensimque ex  
 evangelii ad legis, ut  
 vocant, revertamur sta-  
 tum. Nam evangelium  
 angelica simplicitate se  
 se



se commendat, homini  
 mentem, quæ filiorum  
 est, amoreq; erga quos-  
 vis alios mellitissimo  
 repletam, largitur. In-  
 gens eius est claritas, est  
 lumen penetrans, pu-  
 rissimum pacis flumen,  
 omisso sui ipsius ope-  
 ris, fruitio ususve DEi  
 atque ipsius beatitatis.  
 Is felicissimus est. Qui  
 ab hoc fine dimoveri se  
 haud passus fuerit,  
 quod

quod quidem facile potest evenire non Christum solum intuenti, respicienti potius ad aliorum vitam moresque, æquo item altius cogitatur atque iustocius interioris, ut nominant, hominis incrementa majora capturo. Nemo quisquam vel unicum cubitum suæ staturæ poterit adponere, licet anxie de eo  
so-



solicitus fit. Id quod  
ad interiorem ita di-  
ctum hominem potest  
ad commodari. Ad eam  
viam unusquisq; natu-  
ra proclivis est, ut non  
nisi vitæ sanctioris stu-  
dio ad perfectionis  
gradum se pertingere  
posse arbitretur. Longe  
alia vero DEi via est.  
Eum namque, qui sibi  
aliquid videtur esse, de-  
struit, ut omnis ita soli  
ipsi




ipsi deferatur gloria.  
Quæ res omnis sequentibus hisce verbis continetur: Qui in filium credit, æternam habet vitam. Tuus, dulcissime JESU, Spiritus numquam non me velit in recta veritatis via ducere.




17

108 dicitur gloria  
Ora pro omnibus  
quod adus hinc ve  
contingit. Quia illi  
tam credidit. etiam ha  
de vultum. et in dolo  
fuit. Iste, spiritus  
numquam non me ve  
in illi recta voluntate  
dicitur.


















































































He 655 m.



Inh



Z  
G



( 28 )

*den Zoone geloofst die heeft  
het Eeuwige Leven.*

Heere JEZU, uwen  
Goeden Geest leyde my  
op eene effene Baan.




2

SANCTA  
ATQVE  
TUTA  
FIDEI  
VIA,

QUA EVANGELII  
LUCE COLLUSTRATUS  
INCEDIT.

Anno 1733.



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

